



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 27. Quirini Reuteri, Jacobi Chrismanni, & Jacobi Reinerii decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII.
A. C. 1613.

§. XXVII.

*Quirini Reuteri, Jacobi Christmanni
& Jacobi Reineccii decessus.*

*Adam vit.
Theol. Germ.
Vossius de
Mathem.
Froher in
Theatr.*

Paulopost die vigesima secunda Martii Heidelbergæ decessit Quirinus Reuter, ejusdem Universitatis Theologus ac Rector, qui tractatum de censura Catecheseos Heidelbergensis, commentarios in Prophetam Abdiam, aphorismos Theologicos, Diatriben de ubi-quitate, ac denique opusculum de significationibus cometarum conscripsit. Porro Mensis Junii die decima sexta naturæ debitum solvit Jacobus Christmannus patria Moguntinus, qui itidem Heidelbergæ linguarum Orientalium Professor Chronologiæ singularem impendit operam, ac circa idem argumentum crebras cum Scaligero velitationes literarias habuit: ipsemet autem calamo sat erudito, minus tamen nitido conscripsit *explicationem Calendarii Romani, Ægyptiaci, Arabici, Hebraei, Syriaci, Persici &c.* necnon *disputationem de anno & die Passionis Dominicæ* præter plures alias Astrologicas lucubrationes. Obiit etiam ejusdem Mensis die vigesima octava Jacobus Reineccius Tangermondix natus, qui Hamburgen-
sis ad S. Catharinam Pastor edide-
rat

rat clavem S. Scripturæ, tractatum de Sæc. XVII.
Calvinianorum ortu, progressu, & exitu, A. C. 1613.
 necnon *Panopliam seu armaturam Theolo-*
gicam, artificium oratorium, & artificium
disputandi, præter duos sermones in
 Psalmum nonagesimum.

§. XXVIII.

Fidei Catholicæ incrementa.

Eodem anno, quo Calvinianæ hære- Serres
 sis furor Patres Carmelitas Discal- Franc. hist.
 ceatos (*), dictique Ordinis Virgines pag. 423.
 Religiosas e Sylvaducensi urbe die vi- Miræus
 gesima quinta Novembris expulit, Hie- Script.
 remias Ferrerius natione Gallus, Cal- Sæc. XVII.
 vinista apud Nemaufenses celebris, Amelot.
 hujusque sectæ Minister, Calvinii vene- mem. t. 2.
 num evomuit, atque ad fidem Catho-
 licam reversus est. Cum autem anno
 Domini millesimo sexcentesimo secundo
 pro veteri hæreticorum more Clemen-
 tem VIII. esse Antichristum edito libel-
 lo propugnasset, postea cognito, deplo-
 ratoque suo errore eleganter ac docte
 ipse perversum suum dogma de *Anti-*
christo confutabat. Postquam vero Ne-
 P 5 mau-

(*) Hi anno 1630. die prima Julii domici-
 lium suum apud Ubios postea fixerunt, opi-
 tulante Ferdinando Bavarix Duce ac, Colo-
 niensi Archiepiscopo.